

pris, &c. Quod alias in testamento nuncupatio, ut & in contractu, fieri necessum non est. l. heredes palam. 2. ff. qui test. fac. poss. l. contrahitur 4. ff. de pignori. & hypothec.

14 VIII. Et ultima testamenti sollemnitas est: ut, si notarius haberi non possit, octo testis, qui vicem eius suppleant, adhibeantur: & testamentum vni ex testibus custodiendum detur, ea scilicet lege, ut id, quoties opus sit, exhibeat. d. l. 8. vers. sed quia tabulariorum copia. C. qui testam. fac. poss. Et de istis sollemnitatibus, post Philippum Fracum in rubr. ext. de test. & ultimis volunt. in 6. latius differunt Ioanes Dauth. in tract. de test. sub tit. qui test. fac. poss. nu. 23. cum seqq. & Nicolaus Reuenerus in tract. de test. part. 2. c. 19. n. 5. & seq. Harpr.

b Pater cecus, &c.] Et quod testamentum cæci conditum inter liberos valeat sine sollemnitate, l. hac consultiissima, de testam. magis communiter Doct. videntur sic ibi concludere, ut dicit Soc. in conf. 163. in princ. errore allegatum in tex. quem vide per to. &

iuris civilis, ut dixi supr. q. 8.

b Pone: quod pater cecus vellet testari inter liberos, numquid erunt seruanda sollemnitates, de quibus in d. l. hac consultiissima: an autem sufficiant duo testes, quod si cecus vellet testari inter liberos, sufficiunt duo testes, nec requiritur aliqua alia forma, vel sollemnitas à iure civili introducta. Ita tenet Bal. in d. l. hac consultiissima n. 1. & seq. & ita concludit magis cõiter Doct. ut dicit Soc. cõf. 263. circa princ. l. 2. Hanc et op. dicit

adde per Rolan. consil. 82. Giach.

c Si cecus vellet testari inter liberos, &c.] Quod, si cecus inter liberos testari velit, duo testes sufficiant: nec aliqua alia forma, siue sollemnitas, à iure civili introducta, requiratur; tenent, præter à Claro nostro allegatos, Fernandus Vasquius de success. creat. §. 2. i. nu. 58. Michael Grassus l. 4. rec. sent. §. testam. q. 1. n. 7. & Thadæus Pifo l. 1. var. resol. c. 7. nu. 29. Harpre.

d Cessat enim omnis salutis suspicio in filiis, qui omnino sunt patri ab intestato successuri, & de quibus lex maxime confidit. Præterea fauor filiorum, propter quæ iuducta fuit dispositio. §. ex imperfecto, ita militat in filiis cæci, sicut in filiis videtis gnatos, quam filias institutas in secundo minus sollemni. Et similiter potest causa mortis donare non seruata sollemnitate d. l. hac consultiissima, & codicillari. Giach.

QVÆSTIO XVIII. SVMMARIA. Ex Claro.

- 1 Filiusfam. an possit condere testamentum.
 - 2 Et an de peculio aduentitio.
 - 3 Et an filiusfam. possit de dote testari.
 - 4 Et quid si in testamento apposta sit clausula codicillaris.
 - 5 Et quid si pater sit captus ab hostibus.
 - 6 Et an possit filiusfam. testari de bonis castrensibus.
 - 7 Et an de saurio, quod lucratus est tanquam aduocatus.
 - 8 Et an possit filiusfam. testari ad pias causas.
 - 9 Et an valeat statutum disponens, quod filiusfam. possit testari.
- Ex Additionibus.
- 1 Filiusfam. cur testamentum facere non possit, triplex ratio.
 - 2 Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris, vel domini.
 - 3 Filiusfamilias nihil suum habet.
 - 4 Idem quicquid acquirit, patri acquirit.
 - 5 Idem iura familia nulla habet.
 - 6 Testamenti factio quatenus dicatur iuris publici.
 - 7 Quæ dicantur esse iuris publici.

ADDITIONES.

a AN filiusfamilias, in patris potestate existens, possit condere testamentum.] Cur filiusfamilias testamentum facere non possit, triplex afferri solet ratio. I. Quia ob patriæ potestatis nexum in filiofamilias non est liberta voluntas, nec eius persona iure civili integra, notante Decio in l. 3. nu. 2. C. qui testam. fac. poss. & Mynsingero ad princip. tit. Instit. quibus non est permis. fac. testam. num. 2. Velle siquidem non creditur, qui obsequitur imperio patris, vel domini, l. velle, 4. ff. de reg. iur. & proprio quis iure debent testari, non pendere ab alieno arbitrio l. illa institutio. 32. in princ. ff. de heredib. instituend. II. Quia filiusfamilias nihil suum habet, ut testari de eo possit, auctore Vlpiano in fragment. Instit. tit. 20. §. filiusfamilias, l. lex Cor.

QVÆSTIO XVIII.



Xplicatis distinctionibus, nunc videndum est quæ personæ habeant testamenti factionem tã actiue, quam passiuè, id est, qui

- 8 Filiusfamilias ius contrahendi, & bona inter viuos alienandi habet.
- 9 Quando valeat argumentum à contractibus ad vltimas voluntates.
- 10 Codicillis hereditas non datur.
- 10 Legatum factum ab vxore ob nimiam reuerentiam mariti præsentis est nullum.
- 11 Filiusfam. ne quidem consentiente patre testari potest, quamuis in donatione causa mortis aliud sit receptum.
- 12 Donatio causa mortis præsentis est iuris.
- 13 Vtrum filiusfam. de illis bonis aduentitijs, quorum pater vsum fructum non habet, testamentum facere possit.
- 14 Sententia l. penult. C. qui test. fac. poss.
- 15 Intellectus Nouell. 117. c. 1. §. 1.
- 16 Cur filiusfam. de rebus aduentitijs testari non possit.
- 17 Accidentia mutant propriam rei formam.
- 18 Filiusfamilias nupta non potest testari de dote.
- 19 Filius illius, qui ab hostibus captus est, testamentum facere nequit.
- 20 Cur filiusfam. de bonis castrensibus, vel quasi, testari valeat.
- * 20 Filiusfam. Notarius potest testari de eo, quod lucratur.
- 21 An valeat statutum disponens, quod filiusfamilias testari possit.

28. vers. quia non efficitur, ff. de uulg. & pupill. substitut. Iure namq; veteri quicquid acquirit, non sibi, sed patri acquirit. §. 1. Instit. per quas person. cuiq; acquirit. & ante Constant. Imp. nihil suum habere potuit. l. placet. 79. ff. de acquiren. uel omit. hered. l. acquiritur 10. in princ. ff. de acquir. rer. domin. l. cum oportet. 6. C. de bon. quæ liberis, &c. l. 1. qui admitti ad bonor. possess. poss. l. 1. C. de bon. matern. & similibus adductis per Vasquium lib. 1. de success. progr. §. 1. nu. 8. III. Quia cum in testamento non bona tantum, sed et omnia etiam familia iura mancipentur: filiusfamilias uero neque bona, neque iura familiae vlla habeat, ut pote qui non est caput familiae, id est, paterfamilias, à quo fieri debet mancipatio, sine uenditio familiae: idcirco nec testamentum facere uillo modo posse creditur. d. l. 3. §. ult. & l. pen. C. qui testam. fac. poss. Nam & lex duodecim tabularum testandi ius conce-

concedens loquebatur non de filiofamilias, sed diserte de patre familia. Paterfamilias, inquiebat, uti super familia pecuniæque sita legitur, ita ius esto. Quare de re videantur Ruland. de testam. part. 1. rubr. 2. num. 1. Speculat. in titu. de instrument. edit. §. compendiose. num. 3. Philip. Franc. ad rubr. ext. de testam. vers. decimo octo prohibetur, &c. hosque allegans Reuenerus in tract. de testam. par. 2. cap. 23. numer. 5. nec non Ioannes Dauth. in tract. de testam. sub rubric. qui testament. fac. possunt, nu. 148.

6 Neque aduersatur, quod testamenti factio non priuati, sed publici iuris est l. 3. ff. qui testam. fac. poss. Filiusfamilias autem in his, quæ sunt publici iuris, pro patrefamilias habetur. l. filiusfamilias, 9. ff. de his, qui sui, vel alien. iur. sunt. l. nam quod 14. in princ. ff. ad senatusconsult. Trebellian. Etenim ambiguitas, siue æquiuocatio latet in verbis, iuris publici. Si quidem iuris publici per raque dicuntur, quorum ius ad statum rei Romanæ spectat, ut magistratus, sacerdotia, & similia, de quibus in l. 1. §. huius iudij, 2. ff. de iust. & iur. In ijs filiusfamilias non sequitur ius patriæ potestatis, sed loco patrisfamilias habetur, sicut colligitur aperte ex dict. l. 9. ibi, ut magistratum gerat. &c. ff. de his, qui sui, vel alien. iur. sunt, & d. l. 14. iuncto. §. vltim. legis præcedentis. ff. ad SC. Trebellian. ubi expressum est, filiumfamilias in magistratu positum, etiam aduersus patrem suum quippiam statuere posse. Hoc vero sensu testamenti factio non est iuris publici: quia ius de testamentis constitutum non pertinet immediate ad statum rei Romanæ, sicut magistratus, & similia munera. Alia igitur ratione testamenti factio iuris publici dicitur, nempe hac, quod potestas testandi non cuius pro arbitrio suo competat, sed illi tantum, cui ius publicum, siue lex facultatem istam concessit. l. testandi. 13. Cod. de testam. Iac. Pac. cent. quinta quæstione 85.

8 Nihil item obstat, quod filiusfamilias ius quoquo modo contrahendi, & bona inter viuos alienandi habet. l. 3. §. is autem solus. 3. ff. ad SC. Macedo. l. filiusfamilias. 39. ff. de obligat. & act. l. 1. & tot. tit. ff. de pecul. l. 1. & tot. tit. ff. de rem. vers. & titu. quod iusu ac proinde multo magis testandi ius habere debet: cum satis inhumanum sit, viuum quidem licentiam habere, totam suam familiam alicui donare: morienti autem huiusmodi licentiam adimere, auctore Iustiniano in tit. Instit. de leg. Fuf. Canin. toll. ubi Angelus, Portius, & DD. communiter tradunt, valere in iure argumentum à contractibus ad vltimas voluntates, per l. vltim. C. de legatis. Nam respondetur: ita quod demum valere argumentum à contractibus ad vltimas voluntates, si eadem ratio subsit. l. seruum. 44. §. eum qui. 5. & l. quæ de legato. 46. ff. de legat. 1. l. qui chirographum. 59. ff. de legat. 3. Euerhard. in Topic. loc. à contractibus ad vltim. voluntates, &c. Secus vero est, si non sit eadem, sed diuersa ratio: aut si maior sit fauor, aut maius præiudicium; quale est in testamentis, in quibus, & hereditas, & familia, quam non habet filiusfamilias, transfertur: sicut nec contrahendo illa dari, aut in alium transferri potest. l. hereditas. 5. Cod. de pact. content. l. ex eo instrumento. 4. C. de inutil. stipulat. imò et ne codicillis quidem hereditas potest relinqui §. penultim. Instit. de codicill. Ceterum in contractibus bona priuata, & singularia filiofamilias transferre licet: quæ omni iure ad eum pertinent, vel pertinere possunt, & minoris præiudicij sunt: eoque priuatorum pactis subiacent. l. 1. §. si conuenit. 6. ff. de-

posit. l. contractus. 23. ff. de reg. iur. Reuener. d. tract. de testam. part. 2. c. 23. num. 9. & sub seqq. Harpre.

b Quod non.] Adde etiam text. in §. 1. Instit. quibus non est permis. fac. testam. cum similibus de quibus per Iaso. in l. omnes populi num. 72. ff. de iust. & iur. Sed indignitas sacerdotalis liberet à patria potestate: quod sic, Bald. in l. apud hostes, de suis, & legitim. Giach.

c Cum patris consensu non potest.] Adde, & nouissime vide per Romain. in conf. 459. colum. 1. qui limitat, locus stante statu, & de testamento filiofamilias, quæ patrem instituit sibi heredem, atque de maritalibus blanditijs ad inducendum vxorem ad elegandū quæ legauit: quod illud testamentum sit validum, & 10 quod legatum factum per vxorem ob nimiam reuerentiam mariti stantis super eius caput sit nullum, & inuallidum: vide de omnibus per Afflic. dec. 69. & in additionibus Cef. Vrsilad eundem ibi. Giach.

d Etiam quod patris consensu non potest condere testamentum.] Diuersum obtinet in donatione causa mortis, quæ à filiofamilias, patre permitte, fieri potest. l. tamis 25. §. 1. ff. de mort. caus. donationibus, & lazius explicat Clarus noster infra libro 4. §. Donatio. quæst. 6. num. 4. Vera differentia ratio hæc mihi videtur: quia donationis causa mortis, non publici, ut testamenti factio, sed priuati iuris est. Quæ autem priuati iuris sunt, priuatorum etiam pacta admittunt. d. l. 1. §. si conuenit. 6. ff. de posit. & dict. l. contractus 23. de regul. iur. Viglius ad princip. titu. Instit. quibus non est permis. fac. testamentum num. 7. cum seqq. ibique Giphanius, & Heigius num. 4. Quibus addendi sunt, post alios, quos citant, Michael Grassus libr. 1. recept. sentent. §. donatio causa mortis. num. 1. vers. Ceterum si pater consenserit, &c. & §. testamentum, quæst. 23. num. 5. Ioannes Dauth. tractat. de testam. sub rubr. qui testam. fac. poss. num. 190. Thadæus Pifo lib. 1. variat. resolut. cap. 6. num. 14. & lib. 4. cap. 4. num. 10. & Mathias Ber. lib. 1. conclusio. practicabil. part. 3. conclus. 1. num. octauo & seqq. ubi varias diuersitatis istius rationes adducit. Harpre.

d Etiam si huiusmodi peculium aduentitium spectaret ad ipsum filiumfamilias pleno iure.] Quod filiusfamilias de illis etiam bonis aduentitijs, quorum pater vsum fructum non habet (de quibus agit gloff. in Authent. idem est in his. Cod. de bon. quæ liber. &c. & Thadæus Pifo dict. lib. 1. cap. 6. num. 7. & 8.) testamentum facere nequeat, defendunt, præter Doctores hoc loco à Claro memoratos, Emanuel Soarez in thesaur. recept. sentent. lit. T. num. 24. Petr. Gregor. lib. 42. syn-tagm. iur. vniuers. cap. 8. num. 4. Viglius num. 16. Mynsinger. numero sexto. Heigius numero 9. & Vulteijs numero 11. ad princip. titu. Instit. quibus non est permis. fac. testam. Grassus d. lib. 1. recept. sentent. §. testamentum, quæst. 23. numer. 2. Didacus Couarrui. in rubric. de testam. part. 3. numero 9. & 29. Vasquius de succession. creat. §. 22. numero 10. Donnell. lib. 6. Comment. de iur. cit. cap. 5. pag. 10. & cap. 28. in fi. Dn. Collega Bocer. in tract. de bello. lib. 1. cap. 20. num. 10. & in tract. de iustitia feud. cap. 3. numero 45. & seqq. Cuiacius in Nouell. 117. cap. 1. Baldunus in Iustiniano suo pagin. 136. Fachin. lib. 5. controuerf. iur. cap. 15. §. & licet quoad testamenti factionem, &c. item cap. 94. Arumæus exercit. Iustin. 7. thesaur. 6. Tessaurs decif. Pedemont. 159. numero. 1. S. in delibatur. iur. disput. 9. th. 43. Forster. lib. 2. disput. 12. thes.

13. Hænon. disput. 7. controuerf. 13. Andr. Gerhard. decad. 7. exercit. Iustin. quæst. 7. Vvegner. disput. 7. ad Inffit. th. 4. lit. E. Setfer. disput. 13. ad Inffit. th. 7. Barter. decad. 3. quæst. 4. Paulus Berens disput. 6. ad Inffit. them. 2. q. 6. Dauth. d. rubr. qui testament. fac. poss. numero 154. alijque per eum citati. Tameñ in contrariam abeant sententiam Decius in l. nemo. 11. siue penult. C. qui testam. fac. possunt. Vvumbser. libr. 1. pract. 39. obf. 16. eumque allegant Gothofredus ad l. 3. C. d. titul. Vaudus libro 1. q. 1. Treutler. 2. disput. 10. th. 2. lit. C. & disput. seqq. th. 2. lit. A. H. lib. 2. variat. resol. iur. ciuil. tract. 5. q. 10. & alij relati à Couarr. dict. rubr. de testam. part. 14. numero 9. Ceterum prioris & receptioris, & verioris sententiæ fundamentum solidum habetur in d. l. penult. C. qui testa. facere poss. vbi Iustinianus Imper. diferte exprefsit, per illam legem (puta l. cum oportet. 6. §. sin autem C. de bon. quæ liber. vel certe l. vlt. §. ipsum autem filium. 5. verfic filijs autē familias. C. eod. tit. vt putat Dauth. d. loco num. 155.) quia inductum est, vt certis in casibus filiofamilias plena proprietas, acquiratur, testandi facultatem ei minime concessam esse.

15. Huicque conclusioni non obstat Nouell. 117. c. 1. §. 1. vbi Iustinianus Imper. filijsfamilias licentiam permittit de istis bonis, quæ pleno dominij iure ad ipsos pertinent, quo velint modo disponere. Nam Imperator ibi non loquitur de dispositione testamentaria siue vitime voluntatis sed de dispositione administrativa, seu domestica inter viuos, vt Græcus textus arguit, in quo non est *statidō dō dō*, id est, testari; sed *stō dō dō*, quod ad ministrare significat. Et textum istum de dispositione inter viuos, quæ fit per contractus, nec cessario accipiendum esse, etiam hac ratione ostenditur: quod libera facultas illa disponendi, de qua textus agit, conceditur filijsfamilias, si perfectæ sint ætatis, id est, 25. annorum, vt Cuiacius, & Gothofredus, ibidem notant. Si vero ætate minores sint, tutorum, vel curatorum potestati gubernatio permittitur. Constat autem, tutores, vel curatores de bonis pupilli, vel minoris testandi ius non habere. Eumque, qui perfectæ ætatis non est, modo non sit impubes, sibi ipsi testamentum fac. posse. l. à qua ætate, 5. ff. qui test. fac. poss.

16. Similiter non obstat, quod filiusfamilias de rebus aduentitij ideo testari non possit, quod eo etiam mortuo earum rerum vsusfructus patri, quamdiu vixerit, incolumis conferuetur. l. vlt. C. de vsufruct. Id autem in proposito themate longe diuersum sit: ac proinde cessante isthac ratione, & ius cessare

debeat, atq. l. adigere. 6. §. quamuis, ff. de iur. patronat. c. cum cessante, 60. de appellat. Quamuis enim vsusfructus nostro in casu patri non quaratur: nihilominus tamen peculium aduentitium manet: quia accidentia non mutare propriam reiforram, pluiquam manifestum est, argum. l. generaliter, 24. §. proinde, 5. ff. de fideicommissum, libertatibus. Menoch. consil. 35. num. 19. lib. 1. Quin, & testamentum non solum est dispositio de bonis, sed etiam de iure familia, quod deest filiofamilias: cum ipse sit in familia patris. leg. pronuntiatio. 195. §. familia, 2. ff. de verbor. significat. Plura argumenta, quæ hanc conclusionem euertere videntur, diluimus ad princ. tit. Inffit. quibus non est permiff. fac. test. n. 31. & seqq. Harprec.

e De dote aduentitia. De profectitia dixi supra sub q. 5. vbi quod non. Giach.

Non potest testari de dote sua aduentitia. Quod filiafamilias nupta, que est capax dotis profectitia, & aduentitia, licet habeat heredem ab in testato, non possit testari de dote, tenent etiam Ioannes Dilectus Durantes in tractat. de arte testandi. tit. 1. cautel. 1. numer. 1. Viuius commun. opinio. libr. 1. verb. filiusfamilias. nume. 4. Grassius lib. 1. receptor. sentent. §. testamentum, q. 23. nume. 3. & Thadeus Pifo libr. 1. var. resolutio. cap. 6. numer. 3. Harprec.

f Quod pater sit captus ab hostibus, & c. Quod filius eius, qui captus est ab hostibus, pendente patris captiuitate, testamentum fac. non possit, tradunt Alex. in l. lex Cornelia 28. nu. 10. ff. de vulg. & pupill. substit. Ferriand. Vasquius de successio. progress. §. 1. num. 3. Emanuel à Costa. in leg. Gallus 29. §. & quid sit tantum. 5. part. 2. num. 92. ff. de liber. & posth. hæredib. institutend. eodq; referens Grassius d. §. testamentum, q. 23. nu. 7. Harprec.

g Scias tamen, quod de bonis castrensisibus. Cur filiusfamilias de bonis castrensisibus, vel quasi, testari valeat, etiam absque patris consensu, hæc addenda est ratio: quia in illis bonis pro patre familias habetur. l. 2. ff. ad senatusconsult. Maccodon. l. si quis. 6. §. vltim. ff. de iniust. rupt. irr. fact. testam. l. pen. & vltim. C. qui testam. fac. poss. Pifo d. lib. 1. var. resol. cap. 6. nu. 7. Harprec.

h Aduocati. Idem dic de omnibus, quia dignitate, vel officijs publicis lucrantur: tamen si haud sint Doct. vel notarij, vt per Ang. de Aret. in §. sciendum, numer. 5. Inffit. de testam. militar. per causam, quem dicit notab. in l. si post principium, C. de inoffic. testam. quod bene not. esse dicit. Item de filiofamilias.

ad huc enim filius de eo testari non poterit, etiam cum consensu patris. Ita sentit gloss. in d. l. qui in potestate in verbo, nihilo magis, & est communis opinio vt dicit Imola in leg. si cum filius §. Titio decim. col. fin. ff. de donat. Soc. cons. 112. post num. 2. vers. Confirmatur, li. 1. quod est duplicatum cons. 172. lib. 2. prout illum refert Apostil. ad Boer. cons. 34. sub num. 1. licet Soc. in lib. meo hoc non dicat. Ita etiam communiter teneri attestatur Alex. in l. senium, nu. 6. in fin. C. qui testam. fac. poss. Eandem opi. dicit esse communem Aret. in d. l. qui in potestate. col. 3. vers. Et priusquam veniam. Ias. in l. fin. nu. 3. C. de inoffic. test. & in l. nemo, nu. 2. C. qui testam. fac. poss. vbi dicit, quod hæc est communis opinio gl. & Doctorum, nemine discrepante, Alex. in d. l. nemo, nu. 2. quem refert Ruinus cons. 24. num. 11. lib. 5. Dec. in ea. l. nemo, per totam lecturam. Bauner. in §. sciendum, num. 2. Inffit. de test. mil. Rybeus cons. 93. nu. 3. & ita seruat communis opinio vt ait Porc. Inffit. quibus non est permiff. fac. test. num. 12. & ratio est, quia, vt dixi, filius repellitur a testando, non propter interesse patris, sed quia non est legitima persona ad testandum.

Secundo adde, quod etiam filia, quæ sit in potestate patris, non potest testari de dote sua aduentitia & ita concludunt communiter Doctores. vt dicit Alex. in d. l. senium, nu. 3. Militat enim eadē ratio, quod scilicet, non est integra persona ad testandum: licet (respe-

Et huiusmodi dotis) habeat integram personam ad comparandum in iudicio, vt dixi supra lib. 2. §. filius.

Sed quæro: Tu scis, quod filiusfamilias potest donare causa mortis cum consensu patris, nunquid si aliquid relinquat in testamento, in quo sit apposita clausula codicillaris, illud relictum sustinebitur in vim donationis causa mortis: dixi infra lib. 4. §. Donatio. q. 6. vers. Sed quæro.

Sed pone, & quod pater sit captus ab hostibus, & quod patre existente apud hostes, filius faciat testamentum, & decedat, deinde pater reuertatur: Quæro, nunquid tale testamentum valeat? Respondeo quod non, sed indistincte est nullum. Nam propter reditum patris fingitur semper filius in potestate patris fuisse. Ita dicit gl. in l. fin. §. ita tamen, in verbo. Rota. C. de sent. pass. & est communis opinio, vt dicit Crot. in repet. l. si is, qui pro emptore. nu. 18. & seq. ff. de vsucap.

Scias tamen, quod de bonis castrensisibus, vel quasi potest filiusfamilias testari. l. fin. C. de inoff. testa. Sed de castrensi potest testari iure militari: si vero testetur de quasi castrensi, debet seruari ius commune, vt ibi.

Sed quid de salario, quod filijfam. aduocati à clientulis suis percipiunt, nunquid poterunt, etiam si sint in potestate patris, de eo ad eorum libitum testari? Respond. Specul. in tit. de actore, tenet, quod nō. Sed contraria opinio est magis communis, vt testatur Ias. in

* mil. 20. notario, quod possit testari de eo, quod ipse lucretur, cum censetur peculium quasi Castrensis; vide in decisio. Tholosan. 10. & ibi per Auther. Giachar.

i An valeat] Et quod ualeat, vide Bald. in l. cum etos populos, num. 15. C. de sum. Trin. & fide cath. Bart. in l. 1. §. lex Falcid. in fin. ff. ad legem Falcid. Et an tale statutum extēdatur ad bona extra territorium? quod non per Bartholum, & Bald. in l. cunctos populos. col. 9. in fin. Giachar.

i An valeat statutum, & c.] Quod statutum disponens, filiusfamilias testari posse, substat hac ratione confirmatur, quia filiusfamilias possit per statutum habitari: cum iure positio introductum sit, quod testari nequeant. Et hanc esse communem opinionem testatur Viuius in suis communibus opinion. verb. statutum, lib. 1. prout eum refert, & sequitur Grassius d. §. testamentum, quæst. 23. in fin. Harprec.

remissive.

3 An publicatis bonis veniant legata conditionalia. remissive.

Ex Additionibus.

1 Bannitus an possit condere testamentum.

2 Et quid si sit etiam condemnatus ad mortem naturalem.

3 In publicatione bonorum non veniunt bona futura.

QVÆSTIO XIX. SVMMARIA.

1 Bannitus quatenus testari possit, distinctione de claratur.

2 Banni vocabulum vnde, & quid sit, qui item banniti dicantur.

ADDITIONES.

QVÆSTIO XIX.

a Vt bannitus vult testari secundum statuta ciuitatis, & c.] Quod bannitus, si velit testari secundum statuta ciuitatis è qua bannitus est, non possit testari; sed si velit testari secundum ius commune, possit frequentioribus Doctores, calculis recepta distinctio est. Eamque, post Bartol. & Goffr. & Imol. in l. eius, qui 8. §. qui testa. face. poss. tenent Michael Grassius lib. 1. receptor. sentent. §. testamentum, q. 23. nume. 3. & Thadeus Pifo libr. 1. var. resolutio. cap. 6. numer. 3. Harprec.

b Propter bannum.] Banni vocabulum vnde deriuetur, quod sit, & quis eius poenam imponere possit; qui item banniti nostro tempore dicantur, & quibus equiparetur, post Iacobum de Arena, & Nellum de S. Geminiano in tractatu de bannito. & alios dilucidè explanat Andreas Gail. lib. 2. de pace publica, cap. 1. & Nicolaus Reuser. in tract. de testam. p. 2. cap. 57. Harprec.

c Bona futura.] Contrariū videtur tenere Gram. cons. 235. 438. & 446. Bar. in l. si qua. ff. de ijs, qui sunt sui, vel alien. iur. in l. 4. C. de iur. fic. lib. 10. in leg. 1. ff. de bon. damn.

1 Vero, an bannitus ab aliqua ciuitate testamēti facere possit? Respondeo hæc quæstio habet duo capita. Primum, an possit condere testamentum. Secundum, an possit capere ex testamento. Circa primum Bartol. in l. eius, qui, §. primo, numero tertio, ff. de testam. & in vulgata sua quæstio. prima, incip. Lucana ciuitatis, numero vigesimo sexto distinguendo concludit, quod aut, bannitus vult testari secundum statuta ciuitatis, à qua exulat, & nō potest, quia propter bannum amisit illorum beneficium. Aut vult testari secundum ius commune, & potest: quia bannum illius ciuitatis non potuit illi auferre beneficia iuris communis. Et hanc distinctionem Bartol. dicit communiter teneri Nellum in tractatu bannitorum, in prima parte secundi temporis, numero quinquagesimo secundo. Sed ego alias dicebam, quod hæc opinio Bartol. ita generaliter, & indistinctè intellecta, non videtur vera, & omittendo auctoritates Doct. loquentium in hac materia, quæ sunt prope infinitæ, dic, quod aliquando quis est simpliciter bannitus: (& intelligo simpliciter bannitum eum, qui est condemnatus in solo exilio, cui non est apposita pena mortis, etiā si perueniret in fortiam communis, prout videmus quotidie propter aliquod delictum multos condemnari in exilium, vel perpetuum, vel temporale, etiā arbitrio Principis, vel Senatus vt dixi infra libro 5. §. final. q. 71. circa princip.) & talis nullo modo efficitur intestabilis, ex qua cumque causa sit bannitus. Ita probat text. in d. l. eius qui §. 1. ibi, sed relegati, & intelligo, quod poterit testari, non modo secundum ius commune, sed etiam secundum statuta ciuitatis, à qua est bannitus: nisi in ea adsit statutum, quod banniti non gaudeant beneficio statutorum, prout est in multis ciuitatibus Italicis & poterit disponere de bonis suis, tam sitis intra territorium ciuitatis à qua est bannitus, quam extra, & quod plus est, etiā si tempore banni eius bona fuissent confiscata (vt plerumque fit) tamen si post confiscationem aliquid acquireret, possit de eo disponere, & testari: ex quo iuxta communes regulas, in confiscatione nō veniunt bona futura, vt dixi in d. §. si quæst. 79. vers. Pterius quæro.

2 Aliquando verò quis non modo est bannitus, sed etiam est condemnatus ad mortem naturalem, quæ illi in sententia comminatur, vbi in fortiam communis perueniret: & hoc potest dupliciter contingere. Primo, quando sententia mortis præcedit bannum, puta, quia detentus in carceribus fuerit condemnatus ad mortem, & post condensationem aufugerit è manibus Iudicum, & deinde iterum citatus (vt fit) in contumaciam iterum bannitus fuerit, & condemnatus cum comminatione, de qua supra. Secundo verò, quando sententia mortis, & exilij simul profertur, cōtra absentē, prout quotidie fieri videmus, statibus ordinibus, sine statuto, & contumax habeatur pro confesso, & de illis bannitis non est tractandum, tanquam de simpliciter bannitis, sed etiam tanquam de condemnatis ad mortem. Et ideo dic, quod aut iste fuit ad mortem condemnatus pro delicto, pro quo de iure communi erat imponenda pena mortis: & fuit in processu, & sententia seruata dispositio iuris communis, quia scilicet fuit condemnatus præsens, & factis suis debitis defensionibus: & tunc talis per huiusmodi condemnationem iam effectus est intestabilis tanquam seruis pñæ, & ideo licet aufugiat è manibus Iudicis, adhuc remanet seruis pñæ, & consequenter non poterit testari, vt dixi infra q. 21. neque intra territorium illius ciuitatis.